



Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

43. Declaratio & confirmatio privilegii fori Religiosorum Regularium intra claustra degentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

bus testibus don. Antonio Pimentel, Cantore sanctæ Ecclesiæ Hispalen. & Licentiato Alphonso de Salazar & Frias Canonico Ecclesiæ Grenensi. Joanne Chatro familiaris suæ dominatio- nis Illustriss. quæ subscriptis. D. Do- minicus Gymnasius Nuntius Collector generalis, & dicti domini procuratores etiam se subscripti ferunt. Docttor Diony- sius de Melgar, D. Petrus Guerrero, Abbas de Labanæa. Coram me Domi- nico Cenino Abbreviatore. Cùm auté sicut eadem expositio subiungebat pro majori dictæ concordiaæ validitate prædicta cupiat illam Apost. Confirmatio- nis robore communici, propterea illius nomine dilectus filius Joannes de Salazari Canonicus Ecclesiæ Compostellanae congregationis prædictæ in Rom. Cu- ria procurator, nobis humiliter suppli- cari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apost. digna- remur. Nos igitur ejusdem Congrega- tionis votis benignè anæuentes, suppli- tionibus hujusmodi inclinati præinser- tam concordiam authoritate Apost. re- nore præsentium confirmamus & ap- probamus, illisque inviolabilis Apost. confirmationis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper interixerint, supplemus: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apost. ac Ecclesiæ quarumlibet ju- ramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contra- riis quibuscumque Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 19.

Octob. 1604. Pontificat. nostri anno decimo tertio.

M. Vestrinus Barbianus.

Declaratio, & confirmatio privilegii fori Religiosorum Regularium in- tra claustra degentium.

XLIII.

Part. 3. alleg. 105. n. 14. cum seqq.

PAULUS Papa V. ad perpetuans rei memoriam.

R eligiosorum sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium quieti prospicere cupientes, quæ illa quoquo- modo perturbare posse videntur, op- portuna nostra declaratione è medio tollere, ac alias desuper opportune providere curamus, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Cùm itaque nomine dilecti filii Basilii An- guisiolæ procuratoris generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum in Congrega- tione venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Trid. Concili interpretum expositum fuerit, in His- paniarum Regnis quosdam Ordinarios locorum contendere Religiosos intra claustra degentes coram ipsis Ordina- riis conveniri debere in causis civili- bus cap. volentes, deprivleg. in 6. comprehensis, propter illius innova- tionem à Cone. Trid. factam sess. 7. cap. 14. quo præfatos Religiosos, eorum privilegiis abrogatis defen- dunt comprehendendi, præterea eos- dem locorum Ordinarios pariter

Ff 3 con-

contendere eosdem Religiosos intra claustra degentes, in prima instantia coram ipsis conveniri debere ex decreto ejusdem Concilii Trid. *sess. 24. cap. 20. de reform.* Cùmque ab eodem Basilio procuratore generali in eadem Congregatione supplicatum fuerit, ut super utraque responsa darent: ab eadem vero Congregatione fuerit responsum, neque constitutione in generali Conc. Lugdunensi edita, quæ incipit. Volentes, neque decreto Concilii Trid *cap. 14. sess. 7.* comprehendendi Regulares, ideoque eos juxta eorum privilegia coram suis Superioribus vel conservatoribus esse convenienter: nec non decretum ejusdem Conc. Trid. *d. cap. 20. sess. 24.* ad Regulares non pertinere, nec eorum conservatorias immixuere; nec quoad primam illorum instantiam aliquid novi inducere, ipseque Basilius procurator generalis nobis humiliter supplicati fecerit, ut pro sui Ordinis quiete supradictas declarationes ab eisdem locorum Ordinariis servari debere, Apost. authoritate præcipere dignaremur. Nos illius hujusmodi supplicationibus inclinati omnibus & singulis locorum Ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ per præsentes districtæ præcipiendo mandamus ne Fratres & Religiosos dicti Ordinis Carmelitarum contra dispositionem declarationum prædictarum perturbare vel inquietare quoquo modo audeant, vel præsumant, irritum nihilominus & inane decernentes, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate

scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis &c. non obstantibus &c. Datum Romæ apud S. Marcum die 24. Augusti 1607. Pontificeatus nostri anno 3.

Contra mulieres ingrediendi Monasteria Monialium licentiis abutentes.

XLIV.

Part. 3. alleg. 102.

PAULUS Papa V. *ad perpetuam rei memoriam.*

Facultatem plura monasteria Monialium ingrediendi abusus tollere volentes, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod nullaper sona cuiuscunque gradus, status, & conditionis, ac præminentiae existat, etiamsi Ducali, Marchionali, aut alia dignitate præfulgeat vigore licentiarum plura Monasteria, domos, vello ca Monialium, pluribus vicibus ingrediendi etiam absque clausula (in totum, seu in universa, non autem in eorum aliqua vel singula) à nobis, vel Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu quovis tenore vel forma, etiam motu proprio concessarum & expeditarum aliqua, vel singula Monasteria pluribus vicibus ingredi possit, sed licentia hujusmodi respectu universalium non autem aliquorum, vel singulorum monasteriorum suffragentur